



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1561. usque ad annum 1562

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118596**

§. 69. Scotiae Reginae rationes pro hoc foedere nullatenus confirmando.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66624](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66624)

fr. tur; quoniam vero Maria se proximam Sæcul. XVI.  
Regni hæredem declarari petebat, ad A C. 1561.  
hæc Elisabetha respondit: „ Nolo me  
„periculo exponere, ut solem Orientem  
„a subditis meis adorari permittam, (\*)  
„nec unquam committam, ut Scotiæ  
„Regina mihi viventi coronam eripiat,  
„illud tamen a me expectare poterit,  
„nunquam a me quicquam fieri, per  
„quod me fatis functa, ipsius jus in An-  
„glia Regnum aliqua ex parte læda-  
„tur, aut imminuatur: vicissim vero æ-  
„quitas petit, ut Maria quoque ob u-  
„surpatum Angliæ Regiæ titulum, &  
„insignia mihi plene satisfaciat, ac pol-  
„liceatur, quod in posterum ab utroque  
„abstinere velit.

## §. LXIX.

*Scotiæ Regiæ rationes pro hoc fœ-  
dere nullatenus confirmando.*

Scotiæ Regiæ ad eludendam Edinen-  
sis fœderis confirmationem a se pe-  
titam validissimis urgebatur rationibus;  
probe enim sibi perspectum habebat,  
quod

(\*) Hoc proverbium Scotis erat usitatum,  
quo indicabant, subditos magis esse propensos,  
ut solem orientem, quam occidentem adorent,  
seu potius Regni successori, quam ipsi Regi  
adhæreant.



**Sæc. XVI** quod Elisabetha ex adulterino Henrici  
**A.C. 1561.** VIII. concubitu progenita, nec ex Senatus decreto, nec ex Regis præfati testamento natalium jus, quod ipsi natura denegabat, consequi posset: hoc igitur stabilito Maria haud ignorabat, quod Angliæ sceptrum ad ipsam tanquam proximam defunctæ Reginae hæredem sit devolutum, ac quamvis Elisabetha coronam vi usurparet, eam tamen eidem eripiendi spes sibi reposita esset, opitulantis Franciæ, & Hispaniæ Regibus, summo Pontifice, multisque Angliæ Catholicis: si vero Edinense fœdus ratum haberet, sciebat, quod haud amplius Angliæ Reginae titulo uti posset, quinimo si juramenti Religionem, quod ab illo abstinere vellet, sese obstringeret, haud immerito timendum, ne postea suarum partium studiosi illam remissiori affectu prosequerentur: insuper omnibus in comperto erat, quod Franciscus II, dum hoc fœdus a suis Legatis firmari præceperat, nunquam illud ratum haberi intenderit, sed unice hac agendi ratione fuerit usus, ut copias suas e Scotia, ubi veluti obsessæ hærebant, educere, ac vicissim Elisabetham ad copias suas pariter exinde revocandas compellere posset. Altera demum ratio, quæ Mariam ad hanc fœderis repulsam permovebat, magis adhuc vali-

da



da erat; quippe illi Franciæ Legati, qui <sup>Sæcul. XVI.</sup> plenam agendi facultatem habebant, <sup>A.C. 1561.</sup> ac foederi subscribebant, articulis hanc inferi conditionem tolerabant: *inposterum Franciscus, & Maria a Regis, ac Reginae Angliæ titulo abstinebunt*: Maria vero æquam metuendi ansam habebat, ne hoc verbum, *inposterum* captiose fuisset ideo additum, ut hac ratione dolose induceretur, quatenus perpetuo ob Religionem suam Anglici sceptri juribus nuntium mitteret.

Hic quoque timor eo minus Mariæ temerarius videbatur, quo clarius Angli demonstrabant, quod circa Anglici sceptri successionem unice insistere velent Henrici VIII. testamento, in quo Margaritæ Scotiæ Reginae posteris nulla concedebatur dignitatis prærogativa, sed post Elisabetham confestim Suffolciæ Ducissa nominabatur; quapropter Regina sibi persuasum habebat, quod tunc, si foedus Edinense eo, quo conceptum erat, modo ratum haberet, spargendi ansam præberet, perinde ac si Henrici VIII. testamento sese conformaret, ex quo maximum tamen ipsi damnum accresceret: nihilominus Regina cum Legationem, quam ad Elisabetham decreverat, sibi parum proficuum cerneret, mox Mætellanum Comitem revocavit.

§. LXX.